Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

℟ Dixit iudas. Inceptio filii tu semper mecum es et omnia mea tua sunt. epulari autem et gaudere oportebat quia frater tuus mortuus fuerat et revixit perierat et inventus est. Invit. Deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos. Venite.

Audiens iacob quod alimenta venderentur in egipto dixit filiis suis. Quare negligitis. audivi quod triticum venderetur in egipto. Descendite et emite nobis necessaria ut possimus vivere et non consumamur inopia.

℟ Videntes ioseph alonge loquentes mutuo dicentes filii dicentes ecce somniator venit venite occidamus eum et videamus quid prosint illi somnia sua. ℣ Cumque audisset ioseph fratres sui quod apud eum cunctis fratribus plus amaretur oderant eum nec poterant ei quicquam pacifice loqui unde et dicebant. Ecce somniator venit.

Descendentes igitur fratres ioseph de cete. ut emerent frumenta in egipto. beniamin domi retento. ab iacob quia timebat fratribus ei ne forte in itinere quicquam pateretur mali. ingressi sunt terram egipti cum aliis qui pergebant ad emendum. ℟ Dixit iudas fratribus suis ecce ismahelite transeunt venite venundetur et manus nostre ne polluantur caro enim et sanguis fratris nostri est. ℣ Cumque abissent ruben adpetiit eum non invenisset eum scissisque vestibus egressus ad fratres ait puer non comparet et ego quo ibo. Caro enim et frater noster est.

Erat autem fames in terra chanaan et ioseph princeps egipti. atque ad illum nutu frumenta ipsis venderebant. ℟ Videns iacob vestimenta ioseph scidit vestimenta sua cum fletu et dixit fera pessima devoravit filium meum ioseph. ℣ Vide tunica filii tui sit an